

Li.

e Geris ne an minus egeris: quod Frāciscus Sphortia princeps noster tibi abeūti mādauit: scire uahemēter cupio. Itaq; rē mihi feceris gratissimā: si ppediē de re oīni quā mea interesse credideris: ex te certior factus fuero: quod ut facias in maiorē modū te rogo. Litteras q̄s tibi ad regē Alphonsum dedi: ut q̄diligētissime reddi cures: summopere abs te peto. Vale. Ex Mediolano idibus Octobribus. M. cccc. L.

Franciscus Philelfus: Ioanni Mario filio: sal.

Vdio te functū Massilia magistratu & eo quidē nō mediocri tua cū laude: id qd me plurimū delectat. **T**ua em̄ laus omnis nra est. Reliquū est: ne tempus uacū labi patiaris: quod eo magis facere debes: quo melius tibi & uxori familiae q; cōsulas. Quare da operam: ne istinc frustra tibi tēp<sup>9</sup> terat. Si Renatus rex te charū habet: ut solet p humanitate & munificētia ingenij sui: eū cūctis in rebus sequaris: iubeo. Quod si secus fortuna tulerit: te in Italiam recipe: & ibi malis esse ubi aliquo numero sis: ut inquit Cicero: q̄ istic ubi solus sapere uideare. Expecto mathematicū illud opus: de quo scripsisti ad me antea. Et si quid grācorū librorū offenderis. Cura: ut ualeas: te q; ab imminente pestilētia morbo quoad possis: incolumē reddas. Vale. Ex Mediolano. vi. kal. Nouēbres. M. cccc. L.

Frāciscus Philelfus: Blasio Axeretēsi equiti aurato: sal.

q Vid tandiū ruri tenearis: ignoro: praesertim cū neq; ficus ruri: neq; uua: neq; pomorū quicq; offenditur. Sed castaneae te fortasse delectant: quae quonia spiritus sunt plenissima: ne lateri tibi noceant caue. Nam si ijs utaris familiaris: uentris crepitum nunc q; uites. Ego plantas ficulneas indies expecto. Vale. Ex Mediolano. iij. kal. Nouembres. M. cccc. L.

Franciscus Philelfus Thomae fragoso: sal. di. plu.

n On possum pfecto nō mirari: quod nō modo petenti mihi tam saepe Mediolanēsia nostra cōuiuia quae tibi legenda cōmodarā: nō tandem reddideris: sed ne respōderis quidē creberrimis epistolis meis. Nā & ocū tibi nonnunc datū intelligo. Quo etiam si uacasses: officio